
ORTULUS ROSARUM

PARIS

JEHAN
PETIT



Ortulus rosarũ liber deuotus/cunctisqȝ deũ querentibꝰ valde necessarius/nuper exactissime correctus ⁊ emẽdatus. Item vtile quoddã breue documentum his qui sepenumero confitentur.
Itẽ orõ deuotissia btĩ bernardi ad filiũ iesũ ⁊ mr̃em eiꝰ
Item alia oratio eiusdem bernardi ad solam matrem.





¶ Incipit Ortulus Rosarum de valle lachrymarum.

De bona societate querenda et mala cauenda. Capitulum primum.

Cum sancto sanctus eris. et cum peruerso peruerteris. Attende diligenter. Frater amāde in christo ne seducaris a sociis maliuolis dissolutis et mendosis. Iunge te fratri virtuoso disciplinato et erudito a quo audias semper verbū bonum consolatorium et imitatione dignum. Sicut enim carbo frigidus coniunctus igni ardenti fit calidus et ardens. Sic et tepidus socians se feruido et deuoto fit sepe feruidus et deuot⁹ doctus ꝛ morigeratus. Sicut apostoli adherentes christo facti sunt viri sancti: repleti spiritu sancto. Sic Marcus adherens sancto petro eruditus in euangelio sancto quod audiuit ab ore beati petri cum ingenti gaudio. Sic thimotheus adherens sancto Paulo fit doctus in scripturis sanctis a iuuentutis sue exordio. A quo postmodum proficiente dei gratia ordinabatur. Episcopus in Epheso multum predilectus ab ipso sicut a patre legittimo filius vnicus. Sic sanctus Policarpus coniunctus sancto Johanni Apostolo fit feruidus predicator in populo et inclitus martyr cum sancto Ignatio. Sic beatissimus pater Augustinus instructus ac baptizatus a sancto Ambrosio episcopo fit tandem gloriosus doctor sancte ecclesie illustrissimus/iam nominatus in toto mundo. Sic sanctus iuuenis Maurus adherens sancto Benedicto fit/ deo iuuante postea. Abbas sanctus virtutibus ac miraculis clarus. Sic deo dilectus. Bernardus adherens venerabili. Stephano Abbati in Cistercienis Monasterio fit lumen religionis in ordine suo et tanq̄ clarum sydus fulgens in celo.

Exempla sunt plurima tam noua ꝙ vetera/ quia ꝓ
dest saluti anime societas bona ⁊ nocet cõuentio pra
na prodest lectio bona nocet auditio mala. prodest
solitudo cum silentio/nocet tumultus. et vagus dis
scursus in mundo. Aut igitur esto solus deo vacãdo
aut cum socio deuotio de christi virtutibus conferen
do. Caue de altis rebus curiose querere stude vicia
tua cognoscere ⁊ remedia sana morbis adhibere.

De fuga seculi et laqueis dyaboli
Capitulum secundum.

Audiens sapiens sapientiã sapientior erit
Audi adolescentule bone verbum eter
ne sapientie super omnes sapientes mũ
di tibi magis vtile. Noli secundum beati apostoli di
ctum/diligere mundũ ⁊ ea que in mundo sunt. Sed
respue oĩa tanꝙ stercora ⁊ venena. Cogita de fine si
ne fine ⁊ cessabit tẽptatio. Caue anime tue periculũ.
Non sis alicui scandalum nec loquaris indecẽs ver
bum. Si te retrahit a deo pater carnalis. Responde
quia patrem habes in celis. Si mater aut soror im
pedit. Dic eis. Mortales estis ⁊ fallaces qui me crea
uit ipse gubernabit. Qui deo seruit omni bono non
deficiet. Commenda omnes amicos tuos deo orãs
vt se emendent ⁊ caueant a peccatis ne deum offen
dant: ⁊ pro terrenis celestis perdant. Magna cor
dis inquietado amicorum visitatio frequens. Mun
dus transit ⁊ concupiscentia eius: ⁊ tu pariter transi
bis et amici tecum omnes. Multi laquei dyaboli et
qui vult fieri diues/et videri magnus incidit in va
rias temptationes eius. Laquei quotidiani sunt ci
bus et potus oculus vagus sermo ociosus inconstan

tia cordis et tedium boni operis: Omnia vanitas honor diuitie et potestas. Quid queris quid cupis videre in mundo. vbi nichil est mundum. Totum vanum lubricum et dolosum preter amare deum et facere semper bonum. Non potes perfecte amare deū nisi contempnas teipsum et mundum propter deum qui reddet tibi centuplum in presenti vitam eternaȝ in futuro. O frater peregrine non sit tibi graue elōgari ab amicis et notis qui sepe sunt impedimētum eterne salutis et substractio eterne consolationis. Ubi sunt socii tui cum quibus lusisti et risisti. Nescio abierunt et me reliquerunt. Ubi est quod heri vidisti. Euanuit. Ubi est quod comedisti et bibisti. Totum periit. Quid nocuit quod abstinuisti. Nichil omnino. Sapiens ergo qui deo seruit: et seculum cū suis delectationibus funditus spernit. Uere ista de oībus mundi illecebris ebriis quos cito omnis iocunda societas deseret fugiet atqȝ sepeliet. Ecce mortuī sunt omnes non vltra reuertentur ad me ego magis sequar eos deo vocante hospites fuerunt super terram et ego. Omīs hic reliquerūt et ego tanq̄ vmbra subito transierunt et ego.

¶ De vera sapientia querenda apud deum. Capitulum tercium.

Beatus vir qui inuenit sapientiam. Quere veram sapientiam quam christus docuit et exemplo suo ostendit. Uerus sapiens odit iniquitatem et loquitur veritatem et operatur iusticiam. Qui sobrie caste pie humiliter et deuote viuit et pericula temptationum cauet sapiēs est

et deo placet. Hic bonam famam/habet bonam con
scientiam seruat: et tristiciam fugat: pacem possidet: et
cordis leticiam frequenter a deo accipit: quam mun
dus ignorat: nec sapit. Sapientia enim mūdi: vani-
tas est: et stulticia reputatur apud deum: decipit suos
amatores: et in fine torquet amātes. Sapientia vero
carnis: mors anime est: que subito tollit: pariter vina
bibentes: et deliciis inherentes. Nam luctus et pena
post carnis gaudia feda. Trahitur autē vera sapien
tia: de occultis verbis: et sacris actibus christi: qui sua
det spernere mundum: fugere delicias. domare car-
nem: pati dolores: subire labores: amare virtutes.

De pugna contra propria vicia Capitulum quartum

REgnum celorum vim patitur. Multorum
est incipere: paucorum proficere: paucissi-
morum ad perfectionem peruenire. Aut
enim ad carnem nimis labimur/aut in superbiā eri-
gimur/aut ab aduersis frāgimur. Heu raro hic inue
nitur qui deum pure querat. et seipsum perfecte vin-
cat: et funditus relinquat. Dixit quidem deuotus/Ra
ra auis perfectio: arduū nimis vincere seipsum. Qui
non laborat pro virtute: non satiabitur in eius dulce
dine. Omnis virtus bonum habet sibi annexum: et
recreat bene operantem. Qui viciose agit/generat
sibi malū finem/perdit honorem/destruit quietem/
inuenit dolorem/auget tristiciam/tollit boni sapo-
rem/qui autem abstinet a licitis: securior est ab illici
tis. Qui canis linguam restringit: morsum non ti-
mebit. et qui silentium stricte seruat: labiis suis non

offendit. longe eſt a mendatio / a lite / a detractione / a maledictione / ab ira / a murmuratione: qui libenter latet ⁊ tacet. Qui non audit mala / nec videt vana: facilius ea vitat / et negligit ſimilia recogitare. Senſuum enim cuſtodia: puritatis eſt cauſa / pacis diſciplina / deuotionis camera. Quando ira venit ad mētem: ſapientia recedit a prudente. Qui iracunde loquitur: latranti cani aſſimilatur. Qui autem manſuete reſpondet / motum ire frangit: et pro ſpinis / roſas prebet afflicto. Benedicta lingua prudentis / qui ſanat vulnera iraſcētis. Qui reſiſtit viciis: q̄ cito moriuntur / ⁊ parua videntur: facilius ea expellet anteq̄ duriora fiant. Qui innititur deuotis exercitiis / orando et meditando que celeſtia ſunt: aſſimilatur ſapiēti ortulano plātanti roſas ⁊ lilia in agro ſuo. Hic valde gaudebit in futuro / cum ſanctis angelis in celeſti paradiſo. Angelis eſt ſimilis: qui puritatem cuſtodit mentis ⁊ corporis. Demonum eſt ſeruus: qui conſentit viciis / et delectatur in cogitationibus prauis. Dura eſt pugna / delectatiōi reſiſtere: ſed durior erit pena futura / in eternis ignibꝰ cruciari. Ardor ardore vincitur. clauus / clauo expellitur / riſus merore fugatur. Cum amor dei intrat: cuncta tranſitoria de corde recedunt. Sapiens eſt ille / qui ſpernit milia mille. Omnia ſunt nulla / Rex / Papa / Plumbea bulla. Cunctorum finis mors / vermis / fouea / cinis. Quantumcunqꝫ enim quis ſe extollit / nil eſt / mors omnia tollit. Felix peregrinus / qui habet hoſpicium in celis.

¶ De deuotionis gratia acquirenda Capitulum quintum.

VE vobis qui ridetis quia flebitis. Sicut virtus non potest stare cum vicio: sic devotio non potest acquiri cum risu et in cõuiuio, sed cum luctu ⁊ in silentio. Perfecta autem virtus nõ subito acquiritur sed paulatim cum multo gemitu ⁊ dolore cum firmo proposito proficiendi semper in melius vim sibi faciendo sepius scilicet ieiunãdo/vigilando/orando/meditando/studendo/scribendo/laborando/a fabulis abstinendo/⁊ in secreto libẽter manendo. Omne gaudiũ quod de deo non est/cito perit maculat ⁊ ledit. Bonus sermo suauis est ad audiendum/durus turbat amicum. Ociosus perdit temporis fructum. Esto diligens in operando bona patiens in tollerando mala/et beat⁹ eris in vita tua/deum laudando omni hora. Raro tibi vel alterum deerit tristari aut letari. Felix qui omia ad bonũ trahit ⁊ de aduersis sibi lucrum facit qui deum diligit amara: sicut dulcia equaliter a deo accipit ⁊ grãs agit. Bene ⁊ firmiter stat/ qui non in se nec in homine: sed in deo spem suam ponit.

¶ De auditione et electione diuini sermonis. Capitulum quintum.

BEati qui audiunt verbum dei. Uile est solatium humanum quod impedit diuinum. Cum sacra lectio legitur. deus tibi loquitur: ideo cum humilitate verbum dei audit gratãter. Ueritas non est aspernenda a quocunq; simplici perforatur. Qui bene viuit/bene docet: et qui bene legit/dei nuncius est fidelis nuncius nociua tacet: vtilia refert fingere nescit pura veritas iocundum verbum. Subtilis sermo paruulis nocet blãdus sepe decipit

falsus narrator pacis turbator qui illum audit scandalum non euadit. Judex discretus omni laude dignus. Durus et misericors nō est misericordia dign⁹. Iracundus animus torquet seipsum grauius vexat innocentes/sepius maledixit petentibus occulte: et deridet aperte bene agentes. Dolosus in verbis fallit sibi credētes: ideo paucos habebit amicos. Bonum est tacere mala sanctum proferre vera. Rationabile/ modeste agere. Justum est/nulli nocere. Pium omnibus prodesse. Religiosum verbis et moribus proximum edificare. Prudentis est agenda premeditaris et sine causa nil noui querere. ignota non facile enarrare. dubiosa non statim confirmare. Magnum bonum pro pace cordis / silentium oris. Nam os fatui quasi semper apertum/risusqꝫ proximum. Qui deo placere desiderat cor et os custodiat: ne deuotionis gratiam perdat/et quietem amātes offendat. Multa pulchra verba non implēt saccum: nec eloquētia verborum sanctificat ociosum neqꝫ ambiciosum. Qui bene facit bene habebit.

¶ De diuina consolatione in tribulatione. Capitulum septimum.

Iuxta est dominus his q̄ tribulato sunt corde. Nemo inuenitur tam bonus et deuotus cui non occurrit aliq̄d oneris et grauitatis. Cum ergo fueris in tribulatione et cordis merore es cum Jesu in cruce. Cum autem iterum consolaris in oratione per gratiā sancti spiritus: tunc quasi ex mortuis cuꝫ xp̄o resurgis de sepulchro et celebras pascha in nouitate vite cum iesu in corde iubilando. Cum vero audieris aliquem indigna et dura verba tibi dicē

tem:tunc datur tibi de calice domini bibere/pro medicina anime tue. Tace: et bibe salutis pocula sine murmure: et dominus respondebit pro te in vita et in morte. Non obliuiscetur tui deus. Nihil gloriosius quam silendo: et patiendo obstruere os loquentis iniqua: et sequi exemplum christi tacentis coram Pylato cui multa falsa fuere obiecta. Non enim es melior deo tuo pro te flagellato et deriso: et tandem a maligms occiso. Nescit homo quam bonus sit et virtuosus: nisi cum vexatus fuerit aduersis. Christus multos habet amatores et sodales mente: sed paucos sectatores abstinentie. Uerus amator crucifixi: non refugit pati dolores. nec confundi aduersis: vt sit christo conformis in scandalo crucis. Nam cui christus viuere est: huic pati et mori pro christo lucrum est maximum. Quanto ardentius deum quis diligit: tanto minus mortem timet: et eo amplius dissolui concupiscit: vt cum christo feliciter viuat / et cum angelis gaudeat. Felix anima que deum medullitus amat. presentia bona: amore eternorum vilipendit. pro nomine Jesu mala patienter tollerat. et ad pedes Jesu humiliter se prosternit: et orat vt in virtutibus proficiat/et constans perseueret.

De gaudio bone conscientie. Capitulum octauum.

Gaudete in domino semper. Congaude bonis/sustine malos. compatere afflictis/ignosce delinquentibus/ora pro omnibus / proiice a te malam tristiciam/que importat accidiam et rancorem. Assume dulcem et sanctam meditationem de

vita et passione christi/et inuenies veram consolatio nem contra omnem tristiciam et tentationem. Bona vita meretur laudem. Tepida cōuersatio/sibi et aliis est onerosa. Bona conscientia parit gaudium/ mala conscientia generat sibi tormentum. Studeas semper bene agere/et eris in bona pace. Non te nocebūt mala prauorum/ si permanseris firmus in recta via iustorum. Bona conuersatio hominis/profert secum leticiam cordis et famam iuste laudis. Vana exultatio/cito perit ab ore laudātis. plus nocet blāda laus stulti/ꝙ dura correctio iusti. Humilis oratio ascendit in celū/placat deum/impetrat gratiam/repellit dyaboli fraudem. Humilis confessio meretur veniam/ friuola excusatio/ aggrauat culpam. Vera contritio delet maculam. feruens emendatio minuit penam. Vana fabulatio subtrahit deuotionis gratiam. Cauta custodia vbiqꝫ necessaria / vtilis est vago clausura / frequens oratio/firma protectio / oris silentium/ pacis domicilium. Multi feruēter incipiunt/sed per seuerantia accipit glorie coronā. Jugum christi/amātibus est suaue/tepidis graue/superbis amarum/mitibus leue/humilibus carum. Dulcis Jesus/ omnia dulcia et leuia facit. Carnalis/semper mollia querit spiritualis/talia fugit et odit. Maxime iustus dolet/ quia omēs viciorum motus extinguere nescit. Sed quare deus istud permittit? Ideo vt homo semper se humiliet/et adiutorium diuinum incessanter imploret. Sicut superbus in honoribus/et diues in diuitiis letatur/sic verus humilis in contēptu suiipsius et pauper in paupertate rerū delectatur. Gloria et diuicie seruorū dei / xp̄s rex celorum. Extra deum ois delectatio

praua omnis leticia vana omnis copia rerum inopia est. Nil quippe aie famē satiat nisi solus deus q̄ eam creauit. Magna libertas animi nil concupiscere que sunt mundi. Uita iusti bona agere mala pati in oibus deū laudare de bonis nunq̄ superbire. Ille deum veraciter laudat q̄ viriliter de se sentit ⁊ q̄d quid boni cogitat loquitur/et facit hoc totum deo fideliter ascribit. Cum ergo de vana gloria tēptaris non consentias sed cum propheta protinus hūiliter dicas. Non nobis dn̄e nō nobis: sed nomini tuo da gloriam. Fortissimus triūphus homini: vincere q̄d delectat aggredi quod terret sufferre leuiter quod grauiter dolet.

¶ De bonis moribus humilis fratris.
Capitulum nonum.

Humilibus autem deus dat gratiam. Omnis actio et locutio religiosi fratris debet humili verecundia ornari et nulla re vana occupari. Bonum signum future ꝓbitatis in nouiciis et iuuenibus humiles habere mores pariter ⁊ precipue inter seniores. Qui non assuescit primo audire et discere tacere raro reputabitur inter doctos et sapientes. Ideo multi stulti quia moribus sunt inculti. Cito obedire frequenter orare deuote me vitari diligenter laborare libenter studere discursus vitare solitudinem diligere deuotum faciunt monachum et tranquillum animum: Legitur in Genesi quia deus ad munera. Abel respexit ad Cayn non respexit. Quare quia Abel innocens et humilis. Cayn autem inuidus et peruersus. Esto Abel patiendo tibi molestum non ligites cū Cayn

ne perdas pacem et boni nominis famam. Melius eſt tibi rem tuam perdere: q̄ offendere deum et lede re fratrem ac frangere caritatem. Si vis lucrari the ſaurum celeſtem. proice terre molem. Si cupis hono rem perhennem deſpice gloriam temporalem. Si deſideras pacem caue contentionis locum et ire ra- dicem. Si vis magnus eſſe in celo eſto paruulus in mundo. Non te iuſtifices coram hominibus quia va na laus humana vbi accuſat mala conſcientia. Au dax et verboſus ambo vituperabiles modum re- ctum non ſeruantes. Multi fortes ceciderunt quia nimis de ſeipſis preſumpſerunt. Multi infirmi con- ualuerunt quia in deo ſperauerunt et cum inuocaue runt. Humilis et manſuetus amabilem ſe facit omī bus. Auſterus et rigidus auertit tibi approximan- tes. vincit ſibi contrarios patiens et taciturnus cum obſequio caritatis. Multiplicat amicos qui liben- ter ſeruit aliis et compatitur tribulatis. Qui neſcit tacere cum tempus eſt confundit ſe coram multis prudēs eſt et abilis in artibus qui ſcit ſeipſum face re bonum et commendabilem in virtutibus. Ille for tis eſt viribus qui fortiter. reſiſtit viciis. Magnus eſt dominus: qui dominatur prauis deſideriis ſuis. Fortis eſt miles et bene armatus qui carnem do- mat continētie armis. Dignus eſt locari cum ange lis in celis: qui caſte viuit in terris. Homo caſtus amicus dei et angelorum ſocius. Humilis et caſtus vincit demones. Magnus eſt prelatus qui virtuo ſe ſe regit et dat bonum exemplum ſubditis. Ille di gnus eſt laude bonoꝝ q̄ nititur ſequi virtutes eorū. Nobilis eſt et ingenuus quem nobilitat ſua virtus.

Pulcher hic est hō q̄ mundus est pctō. Malus ꝛ si ornat̄ foris. niger tamen est intus. Ille felix est et diues q̄ grā dei plenus est ꝛ nil cupit honoris. Fatuus est ꝛ īsanus qui amabit sibi nociua ꝛ dimittit aīe salubria. Hec est de sapientia diuina querere bona sēpiterna ꝛ despicere oīa transitoria. Sapiens qui a statutis patrū non deuiat: ꝛ fidei articulos custodit et seruat. Dilecto dei ꝛ mandatoꝝ eius honorabilis sapientia. Si quis a te appetit doceri viā humilitatis et ostende et exēplo precede. Verus hūilis nescit inflari spernit laudari contemptus gaudet iesus cito ignoscit.

De instabilitate humani cordis. Cpm. x.

Qui manet in me et ego in eo hic fert fructū multū. Cogitationes et affectiones hominum varie sunt et instabiles sed inanes oēs et impure q̄ de deo non sunt. O cor humanum cupidum nimis et insatiabile q̄ malū est tibi et amarū relinquere deū tuum. Cur multa inania cogitas que re perfecte consolari nequeūt nec plene satiari. Quid igitur facies quo te vertes vt bene habeas. Reuertere cito ad cor tuum vide in quantis offendisti c ura emendare que deliquisti. Prepara deo domum mētis custodite ab irruentibus ymaginibus ꝛ curis externis vt replearis consolatione scti spūs. Qui sepius foris euagatur raro inde melioraṫ. Oīa ad nichilū tendūt q̄ foris nitida apparēt. Nec videntē faciant visa nec audita implent corda. Et nisi omia referantur ad laudē creatoris inanis est omnis visio videntis. Hinc sctūs Dauid cum cythara laudes canit deo in omī ecclesia. Delectasti me dñe in factura tua et in operibus manuū tuarū exultabo. Nemo stabi-

liter in bono creato sed tm̄ in solo deo summo bono. Sta in veritate et veritas liberabit te de omni mendacio et iniquitate de tua persona fabulata. Omnia que mala de p̄ximo finguntur revertentur in caput obloquētis. Christus veritas est ⁊ q̄ sequit̄ xp̄m amator est veritatis et om̄is virtutis. Qui deserit veritatē p̄pter lucrū tēporale vel honorē perdit fidem ⁊ virtutis decorē. Deus veritas est et mendaces nō sinit diu latere. Malus ad tēpus se fingere potest sed finaliter veridicus prevalebit et fictus cōfundet̄ vel non estimat. Noli aliqua cogitare nec desiderare nisi que recta sunt et deo maxime placent. Hec enim sunt virtutes et bona opera ad honorē dei facta. Qui loquit̄ veritatē et odit iniquitatē hic magnus erit in regno celoꝝ. Qui operat̄ iniquitatē ⁊ odit veritatē in eternis penis cruciabitur. Mane in veritate et caritate et eris acceptus deo et angelis ⁊ hoībus. Ne timeas Malus potest auferre aliqua trāsitoria sed deus reddit patiēti multo maiora et eterna. Si vis habere pacem ⁊ bonā conscientiam serua humilitatē pacientiā et obediētiam. Nullus peior hostis tibi q̄ tu ipse graviter commotus. Si eni p̄prio defectus caute considera alioꝝ facta parū ponderabis.

De fiducia in deo habenda tempore angustie Capitulum undecimum.

Spera in dño et fac bonitatem ⁊c. Nemo vane exultet de bonis temporalibus. Nemo de suis amicis et cognatis nimis confidat q2 om̄ia īcerta sūt ⁊ plena piculis. Qui autem cōfidit in dño ⁊ in necessitate ad dñm clamauerit nō deseretur ab eo in quacunq3 tribulatione fuerit.

Pax magna:bene agēti/bona loquēti/nemini nocē ti/ab oī via mala/ꝛ iniqua cogitatione se custodiēti. Claude ostiū domus tue ꝛ eris in pace. Cadit facilli me: q̄ nō proponit quotidie aliq̄d boni ī corde/tanq̄ scutū cōtra ictum sathane. Multi cū eis nō succedūt prospere/desistūt orare ꝛ repugnare. Attamē sine la bore ꝛ certamine: virtus nō acquirit: nec sine diligēti cautione custodit. Vagus ꝛ leuis moribus: horret di sciplinā ꝛ cellā sicut auis capturā. Non desperes gra uiter tēptatus/aut duriter correptus/aut derisus/aut cōfusus/aut despectus / sed memēto q꞉ iniquitas tua despici ꝛ castigari iuste meretur. Sustine patiēter/et loquere cōfidenter cū ꝓpheta. Bonum michi dn̄e q꞉ humiliasti me vt discā iustificationes tuas. In tēpta tione ꝛ tribulatione: homo addiscit deū sibi esse ma gis necessarium/propter suā indigētiam et defectuū grauitatē. Fatuus ꝛ infidelis est seruus qui de bonis dn̄i sui vult superbire ꝛ alios despicere. Qui conser uos suos despicit/ꝛ se meliorē reputat deū: ꝛ oēs san ctos offendit. Hic error maxime in nobis oritur: quia humiles nō sumus/nec ꝓprios defectus attēdimus quos semper attēdere ꝛ flere debemus. Unusquisq꞉ sufficiens onus sibiipsi est. Quid ergo proles ꝙ alie nis te ingeris/ꝛ plus tollis q̄ portare vales. Ideo in terdum homo aperte cadit/aut errat/aut aliq̄d ne gligit: vt ꝯfusus/corā aliis se humiliet/cōpati discat/ erranti subueniat/ꝛ apud se casu ꝓprio doctus discat q꞉ hic homo est: nō angelus. Sicut michi accidit: sic ꝛ sibi contigit. Fratres sumus. Ego male/ipse forte bonus. Qui nūq̄ errat nec cadit/solus deꝰ est. Qua re rides de lapsu alteriꝰ. Qui stas vide ne cadas de

ride lapsum tuum. Aperta confusio/sepe est extinctio vane glorie.

¶ De virtute orationis et vtilitate sacre lectionis. Capitulum duodecimum.

Sine intermissione orate. quare? quia vbiqz sunt tribulationes τ tēptationes. Ubiqz insidie τ immissiones per āgelos malos. Raro audiūtur bona noua: vbiqz insurgunt prelia multa/intus timores/foris pugne/nulla dies sine labore/ nulla hora absqz mortis horrore. Fiunt autem iusto dei iudicio bella/τ incendia / propter hominum peccata/et vt electi excitentur flagellis/ad celestia querenda. Ideoqz continua oratio summe est necessaria contra omīa mūdi pericula/tanq̄ fortis lorica cōtra hostiū iacula. Qui non orat nō pugnat/τ qui viriliter resistit cito vicit τ coronā perdit. Sed quis potest orare semp̄ τ pugnare? Oia potest qui deū inuocat/et in eo cōfidit: Nā ꝓpe est dn̄s oībus inuocantibus eum in veritate. Si non potes ore semper clamare? ora spiritu/τ mente/ora desiderio τ pia intentione. Iuge sacrificiū in ara cordis? est bona voluntas semper bene agendi/τ semper deo seruiendi. Semper enī orat? qui semper bene facit. Qui de preteritis malis dolet/τ ꝓ futuris bonis gemit? orare nō desinit. Dic cum sācto Dauid Domine ante te omne desideriū meū / et gemitus meus a te non est absconditus. Ualde vtilis est sermo dei et sacra lectio ad recolligendū aīm p̄ diuersa distractū/aut aliqua passione grauatū. Lectio ostēdit rectā viā viuēdi. Exēpla ꝓuocāt ad imitādū. Oratio īpetrat gratiā ad p̄ficiendū. Bona est lectio de deo/melior orō ad deū/optima opatio ꝓpter deū

Beatus qui oia vba et facta sua/ordinat ad laudē dei/sicut in beatitudinis finem.vt sit deus omnia in omnibus ꝛ super omnia benedictus ꝛ laudatus in secula. Quomodo potest dici religiosus ꝛ effici deuotus quem delectat magis fabulari/q̄ legere ꝛ orare. Qui libenter vana audit ꝛ leuia ꝓfert:vili precio aiam suam vendit. In omni tribulatione ꝛ temptatiōe:ad oronem recurre:sicut ad portum aie; tutum diuinū implorando auxiliū q̄to citius:tanto melius q̄to tardius:tanto peius. Quāto sepius/tāto vtiliꝰ q̄to feruentius/tanto deo acceptius. Pius ꝛ misericors deus vult rogari/causas dat orādi/ spem ꝓmittit exaudiendi/dicens petite ꝛ dabitur vobis. hortatatur verbis ꝓuocat exemplis /minatur virgis/blāditur donis/castigat aduersis//letificat ꝓsperis:ꝛ sic fit vespere ꝛ mane dies vnus. Sepe etiā dat experimentū interne suauitatis deuote orantibus.in secreto manentibus:ꝛ libenter tacentibus:quod denegat fabulantibꝰ/ꝛ foris vagantibus. Qui vult bona noua audire:audiat xp̄m loquentem de regno dei omīpotentis:de iudicio futuro: de celesti hierusalem/de felicitate ciuiū supernorū:de ordinibꝰ ꝛ choris āgelorū. De gloria ꝛ honore oīm electoꝝ.de premio sanctoꝝ/letantiū in secula seculoꝝ. Audiat prophetas/ misteria xp̄i nūciātes/ꝛ pctōribus penas intonātes audiat apostolos ꝛ euāgelistas:operaꝛ miracula xp̄i aperte narrātes. Audiat doctores pulchre sermocinātes:obscura/clare exponētes:moribꝰ vitā ornātes hereses ꝛ errores extirpantes. Capiat quilibet quod sibi deseruit ꝛ placet/nō spernat simplicia/ nec reprehendat q̄ non intelligit. Stultū est ei reprehēdere sa

pientes/ꝛ iniquum iudicare diuinos ꝛ sanctos. Stu-
do primo humiliter discere/ꝛ parua iplere/et de⁹tibi
dabit maiora si vtile fuerit/citius intelligere. Scri-
ptum est eni. Scienti bonū ꝛ nō facienti:pctm̄ est il-
li. Qui multa scit/ꝛ legit/si nō facit que nouit ꝛ didi
cit:vacuus ꝛ famelicus de bona mensa recedit. Qui
raro orat/ꝛ parū laborat diu frigidus ꝛ pauper re-
manebit. Qui contra vicia disputat/ꝛ viciis nō resi-
stit:bona semina inter spinas iactat:paruū fructum
de multis verbis colligit:qui orando/cor a prauis co
gitatiōibus nō premunit. Felix aīa que ab omi ipu
ritate irruēte/stricte se custodit nec patitur quid mo
rari in abdito cordis:quod oculos dei latenter offen
dit. Deuotus delectatur in precibus studiosus in li-
bris/virtuosus in virtutibus/superbus in honoribus
humilis in despectibus diues in prediis/auarus i pe
cuniis/medicus in elemosinis/Gulosus in cibis/ocio
sus in fabulis/Sobrius in abstinentia / Sapiens in
sapientia/bonus monachus in ordinis disciplina. su
per oīa delectat/ꝛ letificat/amor dei/ꝛ bona consciē
tia. Si vis vincere aīe tue nequissimos hostes fuge
tace/quiesce/ora/ieiuna/stude/labora. Sanctus cogi
tat sancta/loquitur vera/operatur recta spernit pre
sentia/cōtemplatur eterna. Humilis audit consilia/
prudens cauet pericula/patiens pie fert sibi molesta
diligens non negligit opera sua. Qui parua non ca
uet:ad peiora corruet. Tepidus in mane/raro ferue-
scit vespere. Ociosus non satiabitur fabulis/virtuo
sus etiā abstinet a licitis. Ille bene stat et recte ābu-
lat/qui i humilitate se fundat ꝛ oēs mundi honores
ꝑ nichilo taxat. Ille optime stat/ꝛ sapienē agit/q̄ so

ſi deo placere ſtudet/exteriora fugit/īterna querit/ce
leſtia appetit/terrena oīa faſtidit atqꝫ deſpicit/ꝛ amo
rem dei omnibus bonis/ſemper preponit

¶ De laude caritatis ꝛ fructibus eius. Ca.xiii.

OMnia veſtra in caritate fiāt. Nobilis vir-
tus eſt caritas/q̄ oībus virtutibus ſupemi
net ꝛ ſcientiis ꝛ donis. Hec deū amplectiť/
ꝛ angelos ſociat hoībus/et de filiis hoīm efficit filios
dei et amicos. Hec xp̄m fecit naſci de virgine:ꝛ crucifi
gi ꝓ humana ſalute. hec aīam a pctō purificat/ et ad
amādum deum toto corde/toto affectu/toto ītellectu
ſurſum trahit. ac mira dulcedine replet ꝛ accēdit. hec
de pctōribus facit iuſtos/de ſeruis liberos/de peruer
ſis mites de tepidis feruidos/de triſtib⁹ letos/ de te
nacibus largos/de terrenis celeſtes/ꝛ de indoctis ſa
pientes. Hec vna operať caritas/diffuſa in credentiū
cordibus/per ſpiritū ſanctum datum eis de celis. Hec
alas habet latiſſimas ꝛ longas/volat ſuper cherubin
ꝛ ſeraphin ꝛ ſuper omēs choros angelorum. Coniun-
git ſumma infimis/trāſit per media redit ad ſumma
vnum efficit de multis/letificat omnes ꝛ ſingulos/nō
in ſeipſis vane gloriantes:ſed diuino amore ſuperex-
cedentes. Caritas circuit celum ꝛ terram/mare ꝛ ari
dam/ꝛ omnia que videt/ꝛ audit in creaturis:ad lau-
dem et gloriam refert creatoris. Nō enim eſt aliquid
tam paruum ꝛ ville in rerum naturis:in quibus non
luceat bonitas entis/opus artificis/potentia crean-
tis/ſapientia diſponentis:ꝛ prouidentia omnia rectiſ
ſime gubernantis:hec conſideratio facit animam de
uotam deum laudare:omni loco et tempore benedi-
cere:exultare et iubilare. Per hanc animus ardeſcit

intus/ꝛ ſicut cera liqueſcēs a facie ignis neſcit modū tenere/ſed ſuper omnia celi luminaria volitat/vt vnicum dilectum ſuū/ꝛ omniū rerum conditorem oībus preſidentem inueniat / quatenus in eo facillime gaudeat ꝛ ſecure quieſcat. O quā iocunde ꝛ poptime illi eſt/cui adherere deo/ꝛ ſecrete frui datum eſt. O ſi parum michi guſtare liceat/quod angelis clare patet ꝛ finem non habet. Sed ad actiuam vitam redeundū/ ꝛ contra tēptationes quotidianas fortiter per virtutem caritatis preliandū. Sepe poſt gaudiū ſequitur luctus/poſt ſolatium triſticia/poſt riſum fletus / poſt pacem ꝛ tranquillitatē bellū ꝛ anxietas. Et poſt magnam conſolationē ſeqtur grauis deſolatio/aut īportuna temptatio/vel corporis leſio/aut hoīm vexatio/ aut amicorū ſubtractio/aut oſtium inuaſio/ aut mentis cōturbatio/aut deriſio paruulorū / aut increpatio maloꝝ/aut dura correctio prelatorum. Omia hic cōtingunt ad humiliandū cordis noſtri ſuperbiam/ad cōpatiendum infirmis tribulatis ꝛ tēptatis. Non ergo confidamus in nobis/nec alta ſapiamus/nec cōmoda noſtra queramus: ſꝫ in oībus humiliemꝰ nos ſubiecti deo/ ꝛ omni humane creature ꝑpter deū in vera caritate. Per caritatē venit deus in mundum: Per caritatem eduxit hoīem ad celum: Per caritatem/xp̄s deſcendit ad hominē peccatorem. Per caritatem ꝛ crucis ignominiā/ aſcēdit ad patris dexteram/ꝛ dedit homini maximū honorē. Caritas nunq̄ eſt ocioſa. operatur enī magna ꝛ ſublimia: inclinat ſe etiā libenter ad humilia ꝛ abiecta. Ipſa perficit diligēter honeſta/delectatˀ viliora ſibi iniungi ex obediētia. Non abhoret tangere infirmorū vulnera/lauare

pedes/sternere lectulos/purgare vestes/tangere sor des. Ipsa patienter fert aspera/letat inter obprobria. Sicut ignis ligna consumit. sic caritas vicia extinguit/cor mūdat per contritionē/lauat per cōfessionē/abstergit per orationē/illuminat per sacrā lectionē/accendit per deuotā meditationē/colligit per secretā habitationē/cōiungit aīam deo per feruentē amorē. Caritas excitat os hoīs ad laudādū. man⁹/ad ope randum/pedes:ad ambulandū/oculos ad contemplandū memoriā: ad recordandū/exteriora mēbra: ad seruiendū/interiora dona:ad amandū deū super oīa bona/in celo ꝛ in terra. Ipsa caritas ī humili aīa delet mala pterita/munit cōtra futura/īstruit de presentibus/liberat de multis dubiis/ꝓhibet a curiosis/amputat supflua/excludit vana/arguit falsa/odit turpia/mitigat dura/illuminat obscura/aperit orāti celi secreta/ordinat oīa intus et extra. Caritas est bona voluntas in aīa sancta que non desistit recta operari q̄uis debilitas vel necessitas quādoq3 nō permittit agere bonū quod pretendit. O felix ꝛ mūda aīa: cui deus est oīa que preter deum nil sentit iocundū: nec preciosum:sed semper cuncta:amara ei videntur ꝛ onerosa. Talem deus requirit:talem diligit:qui se et omnia preter eius amorem spernit ꝛ relinquit:fortiter certat:et cor suum in puritate custodit. Cito et libere: ad deum anima pura pergit:et super omnia mundi condita euolat:que in terris nil commodi:vel honoris concupiscit. Caritas christi oīa vincula mundi soluit:oīa onera leuia facit:ꝛ q̄cunq3 deo placēt:fideliter implere satagit. Vñ cum xp̄o orat ꝛ dicit. Pater:non mea voluntas:sed tua semper et vbiq3 fiat.

¶ De vigilii cura et labore contra temptationes. Capitulum.xiiii.

Resistite dyabolo:et fugiet a vobis. Ubicunqȝ fuerit bon⁹ homo occupat⁹ cū deo: orādo/meditando/studēdo/scribendo: ibi assunt angeli sancti cōgaudendo:assunt ꝛ demones ipm tēptando ꝛ distrahēdo. Cum inceperis orare:fugiunt demones quasi ab igne sancti spūs.ꝛ cū volueris fabulari: redeūt oēs celerit ad augēdū rumores inanes. Si autē superuenerit bonus prelatus:dissipabit mox oēs fabulātes:ꝛ arguet ocio vacantes:ꝛ bona opera negligētes. Maneas ergo in silentio:ꝛ cogita de deo tuo pro solatio habēdo.ꝛ liberaberis de tedio boni operis.te perseuerāte ī bono incepto. Esto fidelis in modico/ꝛ lucraberis decem milia talēta in regno supno. Non sis ociosus ī secreto:nec verbosus in publico:ꝛ fugiet dyabolus viet⁹ a taciturno. Odit enim laborantem ꝛ tacentē:orantē ꝛ bona meditantem. Ubicunqȝ fueris solus vel cum aliis oportet te certare/vigilare ꝛ orare contra temptationes carnis ꝛ spiritus. Certa fortiter/ora feruenter/labora diligēter/stude frequenter/tace libenter/sustine patienter. Spera in dño semper/ꝙtūcunqȝ fueris tribulatus ꝛ desolatus vehementer. Qui seipsum in omni loco et tempore ponit ad patientiam maiorem/ nunc habebit pacem/ꝛ de aduersis victoriam/ꝛ in futuro cū celestis/clariorem glorie coronam obtinebit.

¶ De fraterno onere inuicem portādo Ca.xv.

Alter alterius onera portate.qm̄quidem omnes in xp̄o vnum sumus:ideo frater nā caritatem tenere debemus in vinculo

pacis:et in bono semper concordare. Omnes christi membra sumus:renati in baptismo per gratiam spiritussancti:passione xpi redempti:sanguine xpi mundati:corpore christi refecti:verbis xpi eruditi:miraculis christi confirmati/exẽplis xpi edificati. Quid ergo alterutrum nocetis fratres mei? Qui alium verbo vel facto ledit:xpm offendit/xps talem puniet/nisi cito se emendauerit. Unum deũ patrem habemus in celis omnes in xpo fratres sumus de quacunq3 ciuitate vel patria hic congregati/aut q̃talibet parentela nobili vel ignobili generati. Unus deus nos oẽs creauit/vnus pascit et gubernat. Unus ad vnius beatitudinis finem nos vocauit/et quotidie vocat. per vocem foris/per contritionẽ intus qui se nobis videndum promisit in premiũ eternũ in conspectu angelorum/vnanimi felicitate oĩm ciuium supernorũ. Si ergo a deo vnanimiter vocati sum⁹ vno precio redẽpti vno cibo ac potu spũali cibati ac potati: studeamus inuicem diligere et seruire. Si xpo placere cupimus: ꝓpter xpm inuicem onera nostra portemus/et ex caritate ꝓ inuicem orem⁹. quia sic deus in nobis est:et nos in deo sumus. Quicquid ergo imperfectionis et ineptitudinis videmus vel audimus:hoc pie in bonũ interpretari debemus/sicut de nobis fieri optamus. O frater amande porta/et portaberis/excusa/et excusaberis/cõpatere peccanti/et cõpatietur tibi/cõsolare lugentẽ et consolaberis a gaudente/erige cadentem: et erigeris dño auxiliãte. Sicut feceris alteri:sic fiet etiam tibi/deo iuste iudicante et vindicante. Non mireris nec indigneris/si cadit homo fragilis ĩ mũdo: quia angelus cecidit in celo et Adam in paradiso vi

